



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

26 Integritas Praesidentium salus est subditorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

præbeat, ut secundum venerabiles beatorum patrum sanctiones assumantur. *ut c. in sacerdotibus. c. Episcoporum & . distinctione. cap. su. 59. dist. & Concil. Trident. d. cap. 1. §. ingritas enim. talesque sint, quibus, & ipsi qui temporalia gubernant, sincere sua capita submittere, & ejus monita tunc suscipere possint, ut d. cap. Valentinianus, ante med. 63. dist.*

26 Nec indignari debent Episcopis subiacere, & eorum monita suscipere, ¶ quoniam Reges, & Principes Archiepiscopis, & Episcopis suis reverenter assurgere, caput inclinare, & eis apud se venerabilem sedem debent assignare. *d. cap. Valentinianus, capit. solita §. hac autem, & ibi gl. in ver. assurgant, & in ver. venerabilem, & Abb. num. 7. de mayo. & obed. non autem negatur, quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat sui generis, 30 qui ab eo recipiunt temporalia, sed Pontifex antecellit in spiritualibus, quæ tantò sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori, & tantò est Pontificalis dignitas Regia major, quanto major est Sol Luna. d. cap. solite, vers. quòd au-rem, & vers. sed illa. & est septuagies septies Pontificalis dignitas major Regali, ut ibi per glo. in ver. inter solem, de mayo. & obed. Deus enim constituit sacerdotes super gentes, & Regna, ut evellant, dissipent, ædificent, & plantent. Hier. cap. 1. d. 31 cap. solite, §. potuisses, & ibi Abb. nu. 5.*

28 ¶ Nam sacerdotes Christi, Regum, & Principum omniumque fidelium patres, & magistros censerit, nemo potest dubitare, ut scripsit Gregor. in Epist. in Hermannum Episcopum Metensem relatus in c. quis dubitet 96. dist. & sunt Reges, se, & alios in virtutibus regentes, qui in Deo Re-

gum habent, quòd designat corona, quæ iam in capite gerunt, *ut cap. duo sunt, 12. qu. 1. & c. unico. §. quia verò. de sac. unct.*

29 Alexander enim ¶ ille magnus, dum ad destructionem Hierusalem pergeret, summum sacerdotem, qui ut illum exciperet, ei Pontificio ornatu indutus occurrit, genibus flexis adoravit: Et Parmenioni ejusdem familiari interroganti, quare illi viro ita se humiliaverit, respondit: Non hominem adoravi, sed Deum, cujus est sacerdos. *Joseph. de antiqu. l. 11. cap. 8. & August. de civitate Dei. l. 18. c. 45. Si enim gentiles in maxima veneratione sacerdotes habebant, multò magis Principes Christiani illis debitum honorem, & reverentiam præstare tenentur, arg. text. in d. cap. Sacerdotibus, §. ante eum, 11. quæst. 1.*

30 ¶ Nam ab auctoritate, quæ procedit, etiam ab exemplis paganorum arguere licet, *ut cap. quæst. ubi Archid. 13. quæst. 2. & d. §. ante eum, ubi Dominicus 11. q. 1.*

Quòdque Principes Christiani cum ecclesiæ ministris reverenter, & favorabiliter se gerere debeant, prædictis, & aliis pluribus exemplis probat Petr. Ribaden. in eodem tract. de relig. 1. cap. 35. per tot. & contrafacientes sapiens Dei judicio gravibus plectuntur poenis, ut de sævientibus contra Joann. Chris. infra patebit.

31 Jo. Chrysostomus ¶ in exilium pulsus, quàm cello animo illud pertulerit, ejus epistola ad Ciriacum data testatur, ubi ita inquit: Etenim ego cum è civitate fugarer, nihil horum curabam, sed dicebam intra memetipsum, si quidè vult me Regina exulem, agat in exilium. Domini est terra, & plenitudo ejus; & si vult secare, secet: idem passus est Isaias, subscribat illi: